



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

32 Iudaei non sunt ad aegrotorum curam adhibendi, & quare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- peñas incurruat, de quibus in cap. ex-
communicamus, §. credentes, de hereticis,
Aim. in direct. Inquisitor. par. 2. quest. 53.
num. 5. & ibi Pagn. in comment. 78. §. &
duodecim.
- 24 Libros etiam † hereticos thalmudi-
cos, aut alios Iudaicos, quomodolibet
damnatos, aut alias prohibitos, tenentes,
custodientes, vel divulgantes, aut in
quæcunque loca deferentes, aut ad eam
rem operam suam accommodantes, ei-
dem Ordinariorum, & Inquisitorum ju-
dicio subiiciuntur, ut in eadem const. §. si 29
libros hereticos, ead. pag. 1306.
- 25 Si autem † Christianos deriserint, re-
demptionis nostræ hostiam salutarem in
ara crucis immolatam Christum Domini-
num ludibrio, ac despectui habuerint,
vel quandoque, maxime vero in sacro pa-
rasceves die agnum sive ovem, aut quid
aliud cruci affixerint, aut appendent,
in eamvè conspuerint, seu quandocunque
contra ipsam fecerint, pro gravitate cri-
minis eorundem Ordinariorum, & In-
quisitorum judicio peñis sunt plectendi,
ut in eadem pagina §. si Christianos.
- 26 Id † enim semper solempne fuit He-30
bris, ut Christi genus vituperent, do-
ctrinam improbent, vitam blasphemant,
miracula pervertant, & discipulos occi-
dant, ut inquit D. Thomas super Ibai. cap.
1. col. 5. cir. med. tom. 13.
- 27 Lege etiam canonica puniuntur,
quando delinqunt contra legem suam 31
veteris testamenti, ut per Ioannem An-
dræ in cap. quod super his, il primo, de vot.
quem citat, & sequitur Felyn. in cap. 1.
num. 28. de confit.
- 28 Iudeis † publica officia committi non
debet, neque Sarracenis, neque Paga-
- nis: quoniam subtali pretextu Christia-
nis plurimum sunt infestii, conc. Toleta-
3. in cap. 14. relatum, in cap. nulla officia,
54. distin. & in cap. constituit, 17. quest.
4. cap, cum sit nimis, & cap. cum ex speciali
de Iudeis & Sarracenis. Sylvestr. in Sum. in ver.
Iudeus, nu. 7. Honor. Papa primus in sua
const. incipiens dilectus filius, §. item quod
Iudeus, Alexand. conf. 13. attentus, num. 2.
volum. 7. & ita etiam statuit Carol. II. Si-
cilia Rex, ut in cap. item statuimus, quod
Iudeus, pagina 316.
- Ratio est, † quia sunt infames, &
odiosi, eo quod insidientur fidei Christiana-
na, Roland. à Valle conf. 35. num. 9. &
16. volum. 2. Bero. conf. 28. num. 44. vo-
lum. 3. Nec etiam quodlibet aliud officium,
seu commercium per quod Christianis
aliquid gravamen ingeri possit, illis est
committendum Abb. in eodem cap. ex spe-
ciali, 1. not. Vbi etiam Felyn. & Anchra-
ran. conf. 271. num. 2. ver. ex hoc ergo,
Nec illis cum Christianis ludere, aut co-
medere licet, ut capit. ad mensam, ubi
glos. Io. de Turrecrem. num. 5. & Ar-
chid. num. 211. q. 3.
- Christianis enim † azima Iudeorum
comedere prohibitum est, etiam seorsum
ab eis, quia est cibus disretus ab eis, qui
etiam inhibetur, & clericus contrafaciens
est deponendus, laicus vero excommuni-
candus, c. nullus, & t. omnes 28. q. 1. &
Sylvestr. in vers. Iudeus num. 2.
- † Præterea, quia doctoratus est digni-
tas, ideò, nec possunt Iudei doctorari,
Bart. in l. fin. C. de Iudeis. & Felyn. in cap. 1.
numer. 4. eod. titul.
- 32 Sed si aliquibus in locis, & male, in †
arte medica doctorentur, non possunt ad
Christianorum agrotantium curam ac-
cedere,

cedere, aut illis interesse, etiam votati, & rogati. Nam medici Hebrei aliquae infideles, id praestare prohibentur: si quis autem Christianus, quomodolibet exemptus, ac cujuscunque status, gradus, orditis, conditionis, & praemittitæ existens, in contrarium facere ausus fuerit, sacramenta ecclesiastica nullatenus sunt ei ministranda, nec etiam à regularibus exceptis, & sic decedens ecclesiastica carere debet sepultura, ut in Constit. Gregor. XII. 71. in Bull. Roman. pag. 1303. Ipsi etiam Iudei transgressores penitus sunt plectendi, ut in eadem constitut. circa fin. At nescio, quo modo satis tuti committant se, aut suos, dum regni decumbant, Christianorum nonnulli perfidis Iudeis, qui Christiano nomini hostes sunt accerrimi. Nam, si Christum sunt persecuti, & nos persequentur.

Vnde † mortem profecto appetit, qui 33 à Iudeo sanitatem querit, cap. qui sine, 27. quæst. 2. & qui se Iudeo committit, vita renunciat, l. Princeps, C. de princ. agen. in reb. ut tenet etiam Rip. tractat. de pest. num. 52. 53. & 54. Vbi etiam acriter Christianos reprehendit, qui in suis morbis ad Iudeos medicos confugiunt.

Nam † bonus, & Christianus medicus regnum monet, & hortatur ad implorandum Christi auxilium, & ad confessionem, & poenitentiam, cap. cum infirmitas, de paen. & remiss. imò adhæc medicus quisque Christianus tenetur sub gravibus penitus, ut in constit. Pij pape V. incipiens supragregem.

At, † quomodo hæc docebit Iudeus, qui Christo est inimicus, & qui prohibet Christi nomen invocare, ut per

Bart. in proœm. ff. num. 2. quem citat, & sequitur Rip. ibidem eodem num. 59. non ideo mirum, si plerisque sit, ut hujusmodi languentibus non detur convalescere, ut potè, qui verum medicum fugiant. Rip. ibid.

36 Committens † autem Iudeo officium, monitione præmissa per provincialis concilium compesci debet. Iudeo vero officialijs, tamdiu Christianorum communio in commercijs, & alia est deneganda, donec in usum pauperum Christianorum, secundum providentiam diocesani Episcopi convertatur: quidquid à Christianis fuerit addeptus occasione officij sic suscepit, & officium cum pudore dimittat, quod irreverenter assumpit, ut eo. cap. cum sit nimis, §. si quis autem, & ibi Abb. in princ. & Sylv. dict. n. 7.

Eadem etiam ratione † neque hereticis, calvinistis, Hugonotis, alijsque personis, quibuscumque nominibus nuncupentur, & cujuscumque sit secta, ab Ecclesia Catholica, & Apostolica Romana damnatae de quibus in auth. Gazaros, in l. Arriani C. de heret. & manich. & cap. penult. 24, quæst. 3, publica officia super Christianos committi debent, quia † hujusmodi nequissimi norum hominum genus crudelius, quam Judæi iosi Christianos infestant, & audientius Christi fidem conantur evertere, & ob eam causam, sunt etiam ipsis Iudeis deteriores; quod minus peccet, qui viam Domini non agnoscit, quam qui post agnitam retrocedit, cap. quidam de Apostat. cap. si refugientes, depassavit. dist. 4, Rip. in dicto tract. de pest. de remed. ad curan. pest. num. 58. Quare cum eadem ratio in hujusmodi nefarijs hominibus, quæ in Iudeis militet, & gra-

Vlor